


PETRI LAMBECHI HAMBVRGENSIS
COMIMENTARIORVM
^{DE}
AVGVSTISSIMA
BIBLIOTHECA CAESAREA
VINDOBONENSI
LIBER QVINTVS.

EDITIO ALTERA

STUDIO ET OPERA

ADAMI FRANCISCI KOLLARIE
EQVITIS HVNGARI DE KERESZTÉNY,
CONSILIARII ACTVALIS AVLICI, AVG. BIBLIOTHEcae
DIRECTORIS ET ACADEMiae SCIENTIARVM ELEGANTIO-
RVMQVE LITERARVM THEODORO-PALATINAE SOCII
EXTRAORDINARIi.



VINDOBONAE,

TYPIS ET SUMPTIBVS IOAN. THOMAE NOB. DE TRATTNERN,
AVG. AVLAE TYPOGRAPHI ET BIBLIOPOLAE VINDOBONENSIS.

Anno a Partu Virginis

CIO 1000 XXXVIII.



(A) & ejus generis aliorum; respe-
ctu *Theologiae, Jurisprudentiae, Me-
dicinae, Philosophiae proprie dictae,
Historiae, & Philologiae in sex pri-
marias Classes divisum.*

*Decimus septimus Liber conti-
nebit Catalogum ter mille Numis-*

*A matum, genuina vetustate, rara
elegantia, & multifaria eruditione
praestantium; (B) ut & aliarum non-
nullarum Antiquitatum & Rarita-
tum, ornati Augustissime Biblio-
thecæ inservientium.*

Deci-

(A) *In Appendice quinti hujus libri, illu-
strandi loci hujus gratia, Additamen-
tum conscripsérat noster, quod hic sub-
jicitur: Additamentum XIII. pertinens
ad Libri quinti pag. 299. ubi obiter fit
mentio Librorum Sinicorum Augustissi-
me Bibliothecæ Cesareæ. Inter varia,
inquit LAMBECIUS, rarissima Rei lite-
raria & pictroria Sinensis monumenta,
qua in Augustissima Bibliotheca Cesarea
adservantur, spectatu & consideratu
digna in primis sunt ea, qua hoc ipso
anno 1672. ad S. Cæs. Majestatem a
R. P. PROSPERO INTORCETTA, Procu-
ratore Sinica Missionis S. I. transmis-
sunt. Nempe:*

I. *Tabula ex oculo philyris subtilissimæ
chartæ Sinensis coagmentata, longitudi-
nem habens septem ulnarum, latitu-
dinem autem duarum ulnarum cum di-
midia, qua continetur Iconismus utrius-
que Hemisphaerii Cœlestis cum adjunctis
characteribus Sinicis.*

II. *Tabula ex sex philyris subtilissimæ
chartæ Sinensis coagmentata, longitudi-
nem habens quinque ulnarum cum dimi-
dia, latitudinem autem duarum ulna-
rum cum dimidia, qua continetur Ico-
nismus totius orbis terrarum, varijs colo-
ribus eleganter illuminatus & distin-
ctus, cum adjunctis characteribus Si-
nicis.*

III. *Vita CHRISTI, in subtilissima charta
Sinensi Imaginibus Sinicis expressa, &
adjuncta explicacione Sinica illustrata.*

IV. *CONFVCI Principis Philosophiae Si-
nenis Scientia Politico-Moralis, Si-
nicis impressa characteribus, cum adjun-
cta latina pronunciatione singulorum*

*characterum & versione singulorum ver-
borum literali, a supra memorato R.P.
PROSPERO INTORCETTA Siculo, Pro-
curatore Sinica Missionis Societatis IE-
sv, in lucem edita Goae A. 1669. in
folio.*

V. *Quatuor magna Tabule ex subtilissima
charta Sinensi, quibus continentur Im-
ages variarum avium Sinicarum, vivis
coloribus elegantissime depictarum. Hec
LAMBECIUS. Adi præterea, si vacat,
Analectorum nostrorum Vindobonensem
Tom. I. ubi LAMBECII Sinensis que-
dam uno fasce comprehensa, vulgavi-
mus a pag. 1210.*

(B) *De hisce Numismatibus nondum etiam
satis dixisse noster sibi visus, Libro hoc-
ce quinto addi huic loco voluit, que
subjicimus: Additamentum XIV. per-
tinens ad Libri quinti pag. 300. ubi fit
mentio ter mille Numismatum veterum,
qua in Augustissima Bibliotheca Cesarea
adservantur. Inter antiqua illa ter
mille Numismata Augustissima Biblio-
theca Cesareæ, Libro quinto horum
Commentariorum pagina trecentesima
obiter memorata, precipuum obtinere
locum ea bis mille & ducenta sedecim,
que olim pertinuerunt ad V. Cl. THO-
MAM LANSIVM, & hoc ipso anno 1672.
a S. Cæs. Majestate mille & octingentis
florenis, five mille & ducentis Imperia-
libus, per me empta sunt: nempe au-
rea viginti quatuor, argentea mille &
centum, ærea mille nonaginta duo; de
quibus omnibus suo deinceps tempore &
loco in hisce Commentariis accuratius
agetur. Ut interim tamen praestantia
tam eximiū Thesauri Rei numaria anti-*